



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XXIV. Hyperduliae species, Festis B. Mariae Deiparae Virgini diebus SS  
homologesin & synaxin frequentare.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

sem, quanto cor eius Dominus cælestis  
torrente dulcedinis inundaret.

## X X I V.

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

Festis B. MARIÆ Deipa-  
ræ Virgini diebus S. Homolo-  
gesin & Synaxin frequen-  
tare.

## §. I.

**N**ullo non die Dominus & Domina,  
à quibus in dies, non vno benefi-  
cio afficimur, diligenter omnino, piéque  
colendi; sed festis vtrique diebus, vtrique  
diligentiùs & pientiùs. Ita quotidiano-  
rum ab vtroque perceptorum benefi-  
ciorum probè memor Berchmannus e-  
git, sed sacris Domino, Dominaeque die-  
bus diligentius ac pientiùs. De diebus  
Domino consecratis dicere quid egerit,  
nunc nostri non est instituti. Cæterùm  
festos Dominae dies singulari semper re-  
ligio-

ligione veneratus est. His enim, ut alia  
omittam, sacra etiam homologesi ani-  
mū expiabat, diuinoq; epulo recreabat.

§. I. I.

*Premium Hyperdulia*

Fuit, quòd Berchmannus his ipsis die-  
bus Dominæ sacris vberiore diuinorum  
charismatum torrente sit inundatus.  
Neque enim liberalissimum DEVS aut  
benignissima mater eius à quoquam  
mortalium sese vinci liberalitate, vel  
benignitate sinunt.

X X V.

HYPERDVLIÆ SPECIES,

Ad Marianum Sodalitium  
quamplurimos pellicere.

§. I.

**B**ONUM, quo maius, meliusque est  
eò se magis alijs communicat. Hinc  
summum bonum (DEVS) est summè  
sui communicatum, quemadmodum  
loquitur S. Dionysius Areopagita Luce-  
tiæ Episcopus, & Martyr.

Huius